Oratio.

Petri gryphi Pisani/nuncii apostolici recedentis a serenissimo Anglie rege.

R B

¶ Petri gryphi pisani iuris consulti/nuntii et protonotarii apostolici/oratio ad serenissimum et inuictissimum Anglie regem pro recessu suo.

Quam kortasse/ et alieni moris videbitur tibi sacet ꝛ inuictissime Rex/quod cuꝫ huc primū ad te venissem/ iussu summi sanctissimiqꝫ pontificis/non publice/vt parerat. Maiestatē tuā salutauerim non (vt pleriqꝫ facere solueuerūt) in circūstantiū corona oratione habuerim/ sed priuatim potius a te ꝛ suscipi/ꝛ audiri ꝙtenderim. Nunc vero recedēs iam iamqꝫ ad iter accinctus propalā/ꝛ in ꝙspectu dicturus adueniam. Verum si id inspiciatur intentius/consulto ac recte a me factum esse iudicabitur. Quippequoniā nullam omnino meā virtutem eiusmodi esse sentiebam/vt licere tunc mihi putarem quicquā coram audere/quando satis superqꝫ kore mee exilitati existimabā. Primo congressu contemplari splendorem/admirari dignitatē tue maiestatis. At in presentiarum ratio diuersa se offert. Namqꝫ humanitas ꝛ indulgentia tua iam experientia et vsu mihi perspecta et cognita timorē vincit admirationē/in amorē/fidē/obseruantiāqꝫ conuertit/eatenus vt qui prius dicere erubueram/nunc linguā continere non valeo/quin sponte sua exiliat/extrinsecusqꝫ prodat/quod pectus intrinsecus cōcepit/de tuarum pene celestium virtutū cumulo/testetur animū significet voluntatē et in ipso recessu gratias agere tue amplitudini totis viribus gestiat. Et quod a principio faillet cōmendabile/si obiecta maiestatis veneratio et stupor tui numinis nō me deteruissent/nūc tua benignitate et comitate securus/quasi acceptum mutuū ad diē iure persoluam.

¶ Indecorum nāqꝫ videretur pontificis oratorē a catholico rege quasi silentem recedere e regno Romanis pōtificib⁹ obsequētissimo/et de Romana sede ac dignitate benemerēte. Habet eni celit⁹ hec regio cū noie Romano/nescio quid precipue ac mutue caritatis q̄ vicissitudine beneficiorum ac vnanimi voluntatis ꝙcursu/ꝛ hactenus inter se strictiore quodam nexu coniunxit hec nomina/ꝛ nūc magis ac magis tua bonitate et gratia Rex sacratissime inuicem ea deuinciat. Nam si paulo altius repetamus eandē esse originē Romanis ꝛ Anglis reperire obuium erit. A troiano enim Enea primordia sua Roma cōnumerat. Angliā a Bruto et Troiano et Enee pronepote primam cultam illustratamqꝫ vestri memorie prodiderūt. Non igitur ab ratione est/si generis affinitatē cōstans quoqꝫ beniuolētia subsecuta est. Sed certiora proximioraqꝫ extāt necessitudinis argumenta/quod qui primus omniū Romanum peperit imperiū. Auctor imperatorii nominis Julius cesar/bis Angliam itrauit/ bis incolarū animos ꝙciliauit Romanis/inita pace federeqꝫ percusso in auspicium future inter Romā et Angliam perpetue amicitie. Obmicto Claudium vespasianū seuerum/aliosqꝫ multos Romanos imperatores qui tam vigili studio tantoqꝫ labore insudarūt/ne Brytānorum animi a Romanis alienarentur/ pretereo quot prefectos nobilesqꝫ proconsu-

les/quot legatos ⁊ exercitus huc miserit Romana res publica quot deduxerit colonias vt Brytānos quos vnice diligebat foueret ac tueret. Et e diuerso/quot nobis ex sinu suo imperatores Anglia dederit / qui apud vos ⁊ nati et educati habenas Romani imperii apud nos summa virtute ⁊ gloria tenuerūt. Quid igitur vlteri⁹ potuit Romanis Anglia tribuere quā quod insula munita occeano/diues opum/studiisq; asperrima belli Romane se aduixerit potestati. Et rursus quid ampli⁹ potuit Brytānis Roma referre/quā Romanū imperiū cū illis habere comune vt cuiusq; merita ad recipr̄ocam dati atq; accepti ratione apparerent.

¶ Minor̄a hec sunt quā illud quod sine admiratione afferre nō possū/ euenisse scilicet diuino natu et ordine vt institutio christiane sancteq; fidei et Rome a principe Brytāno/⁊ in Anglia a p̄sule Romano p̄necta solidataq; sit. Nam cū plurimor̄ū imperator̄ū seuicies diu in christianū nomen debaccata esset/⁊ longior̄ibus persecutionib⁹ p̄remeretur nostra religio vt etiam cōfitentes exquisitissimis penis afficerentur ⁊ absumerentur. Constantin⁹ maximus ex Brytānis ortus/in brytāniaq; imperator̄ electus/post adeptam veritatis fidem/primus ad verum dei cultu⁊ Romam romanūq; orbem voluit/iussitq; concurrere. Claudi insup Rome deor̄ū templa/et in honorem summi dei cōstrui passim ecclesias publico edicto constituit. Cuius muneris meritiq;/pares vices paulopost Anglia se recepisse p̄fiteri potuit. Cū enim cetere omēs nationes dogma christiane salutis a diuersis gentibus assumpsissent/multe a grecis complures ab Italis/vna Anglia que superstitionū errorib⁹ diu succubuerat/ nō ab exteris sed ab ipso summo Romano pontifice Gregorio in fide nostri redemptor̄is instituta est. Qui missis huc viris vite p̄batissime regnū hoc eduxit e tenebr̄is/veritatis luce p̄posita. Dal⁹ itaq; p̄ salute/alterna compensatione relata est. Huc accedit euidens illud iudiciū inseparabilis cōiunctionis inter Romanos pontifices et Anglie reges/quod cū regnū hoc quod vnū nunc est/a septem diuersis regib⁹ teneretur. Alueredus rex filius Edeluolfi incōparabilis virtutis vir/qui p̄imus christianor̄ū vniuersi regni monarchiam obtinuit/qui p̄ior̄ vnico honorificentissimo titulo Anglie rex est appellatus/ cū ante eū reges septem/septē quoq; nominibus censerentur. Is inquā/in regem erectus non ab episcopis vnctus/aut initiatus/sed in ipsa vrbe Roma manib⁹ romani pontificis Leonis quarti in regem Anglor̄ū vnctus ⁊ consecratus est. Quid igitur mirū si deinceps apud posteros reges ⁊ p̄sertim apud te Henrice rex diuinissime pontificiū nomē in p̄cio ⁊ veneratione habetur. Quando monarchie hui⁹ auctor̄ ⁊ institutor̄ tam nomē quā regium sacramentum ab vrbe et a pontifice reportauit.

¶ Hinc subsecutū est vt reges Anglie sedis apostolice obseruantissimi amantissimiq; semp extiterint/hinc quod suadentib⁹ pōtificib⁹ plurimū p̄ religione nostra indefesseq; laborauerint/adeo vt multi ex iis post vitā innocentissime actā a summis pontificib⁹ inter sanctos referri meruerint/plures enim reges ex hoc vno regno indiuor̄ū numero constripsit ecclesia/quā ex omnib⁹ simul reliquis regnis que a christiana noticia cōplectantur. Nec est mei ingenii discurrere per singula regum in apostolicam sedē benemerita nec tot Henricos/tot Eduardos eor̄ūq; in roma

nos pōtifices pietātē recenſere/cū nō debuerint reges qui ſtudio ado-
randi ad apoſtolozū limina cōtuendiqz pontificis/ex Anglia Romā pere
gre pperauerint/vt de Canuto rege aliiſqz plurib⁹ teſtantur annales.
Quid cōmemozē Henrici ſecundi deuotā mentez/qui duos cardinales
ex latere pōtificis ad ſe venientes ita reuerenter ſuſcepit vt obmiſſo ne
ceſſario bello quod in Hybernia gerebat/illis vſqz nozmāniam honozis
cauſa obuiā pzodierit/quozū poſtea hoztationib⁹ hieroſolimitanā expe
ditionē ſūmopere iuuit ſuo milite ⁊ impēſa. Nec minozē pzomptitudinē
exhibuit Riccardus pzim⁹/qui monitu Clemētis tercii cōtra Saladinū
chriſti ſepulcrū occupantē arma ſumpſit intrepide/⁊ maiozе animo rem
aggreſſus iura titulūqz hieroſolimitani regni aſſecut⁹ eſt/et niſi a Phi-
lippo francozū rege fuiſſet impeditus/ ſuperato Saladino hieroſolima
quoqz eſſet potitus. Quā nos hoztaſſe adhuc retinerem⁹/nec cū tāta chri
ſtiani nominis ignominia cuſtodiretur a canib⁹. Poſſem Joānis quoqz
regis ſubnectere liberalitatē in apoſtolicā ſedem/a qua ſi aliquando eſt
viſus diſſentire/ceruicē tamen deinde ſub Innocentio tercio humaniſſi
me inclinauit Romaneqz eccleſie auri vim ingentē munifice elargit⁹ eſt.
Poſſem ⁊ Henrici quinti regis nō minozis animi quā cōſilii caritatē re
petere/qui tumultuātes hereticos acerrime repzeſſit/eoſqz ſuperatos p
crimis atrocitate ſupplicio affecit/cui⁹ etiā illō mire pietatis teſtimoniū
extat/quod vigente in eccleſia fideliū peſtilentiſſimo illo ſciſmate tri⁹
pontificum/ad conſtantienſe conſiliū ſtudioſiſſime ozatozes deſtinauit/
quozum pzecipue opera atqz induſtria tricipitem monſtruoſamqz eccle-
ſiam ad veram vnitatem redactam omnes plane cognouerunt.
Sed requirenda a vetuſtate nō ſunt exempla beniuolentie/nec in anti
quis argumētis mihi immozandū eſt/recentioza ⁊ in pzopziis oculis ſūt
amozis ⁊ pietatis ſigna que tu religioſiſſime rex quotidie nobis oſtēdis/
omnes enim maiozes tuos obſequio ⁊ obſeruantia erga Romanā eccle-
ſiam nō modo emulat⁹ es/ſed longe admodū ſuperaſti/et certas quoqz
ſuperare teipſū quando finem nullū facis de eā indies magis beneme
reri ⁊ nouas ſuperaddere pientiſſimi animi ſignificationes/quas ſi ſigil
latim pzoſequi intenderē/vel etiā capita tantū tuozū officiozum ſtricte
percurrerē omnē ozationis metam excedere me opozteret. Nam labēte
ſuperiozib⁹ annis re Italica periclitanteqz ditione Romane eccleſie mo
tu exterarū nationū/tu potentiſſime rex eidē eccleſie ⁊ Alexandzo pon-
tifici ſtatim te nouo fedeре publice adiunxiſti vt ſcirent qui eccleſiaſticā
rem male temptaſſent tuā quoqz iram ⁊ iuſta arma in ſe cōcitaturos/et
vt bzeui rem abſoluā talem te pzopugnatozē ſancte ſedis armozūqz et
pacis arbitrum pzeſtitiſti vt ſola maieſtate ⁊ nominis tui opinione ſer-
uata ſit. Et qui eam deſtitutam tūc fauozib⁹ agitare cogitaſſent/territi
ſcuto et enſe tuo firmiſſimo cōſilia in melius retulerunt/tecūqz fouerūt
Romanā eccleſiam. Nec ita multopoſt labozantib⁹ egre chriſtianis oziē
talibus/afflictiſqz rebus noſtris amiſſa metropoli neupanto/cū idē Ale-
xander pontifex aduerſus effrenatā hoſtiū rabiem atqz iniuriā vndiqz
auxilia conquireret. Tu magnanime rex pecuniarū ſummā nō media-
crem ex hoc ampliſſimo tuo regno ad pontificē miſiſti/indefenſionē ac
tutelā chriſtianarū vzbiū/quo ſanctiſſimo exemplo ſi ceteri pzincipes du

ti(vt dicebāt)opem/ꝛ ipſi ferre ſtudiſſent audatia furentis bellae re-
preſſa foret/nec tantū viriū ad noſtra vulnera exitialis illa ſuperſtitio
obtineret.

¶ Contendunt/pugnantq; inuicem egregia tua erga ſanctā ſedem fa-
mora rex indulgentiſſime/veniunt in mentē inſignes eccleſie ꝛ epiſcopa
tus a maieſtate tua in gratiam ſammoꝛū pontificū conceſſi noſtratiū
et talis ſe offert meritoꝛū congeries vt multitudine obꝛuatur ingeniū/
ꝛ ad hec nouiſſima pꝛogredi feſtinet. Quale enim maius adduci poteſt
pietatis documentū quā quod allata vix ad te voce aſſumptionis Ja-
lii ſecundi ad ſalutarē pontificatū/ab vltimo terrarū receſſu ſeu ab a-
lio pene oꝛbe. Pꝛimus omniū chriſtianoꝛū regum ꝛ pꝛincipū ad exhibē-
dum ſanctiſſimo pontifici veneratiōnē gratulatiōnēq;/honoꝛificentiſſi-
mos miſiſti oꝛatoꝛes/tanta impenſa ꝛ apparatu vt nullus poſtea reguꝫ
legationis tue magnificentiā equare potuerit. Ab eodē ipſo pietatis fō
te manauit/ꝛ is pene diuinus tue maieſtatis actus mihi perpetuo pꝛe-
dicandus ꝛ celebꝛandus/quiq; officia tua mihi ſemp viſa clariſſima nu-
per renouauit ꝛ illuſtrauit/quod petente pontifice me nuntio in apoſto
lice ſedis honoꝛē quedā a te pꝛohiberi/nō ſolū annuiſti humaniter/ve
rumetiā id effeciſti/impleuiſtiq; pꝛomptiſſime/vt intelligant omēs non
aliud te velle quā quod iuſtē ꝛ pie velle debent pꝛincipes quib⁹ honoꝛ
pontificū ꝛ auctoꝛitas ſedis apoſtolice cure eſt. Et vt duoꝛū animoꝛum
in rebus omnibus par voluntas reperiatur.

¶ Maequidem conſenſio mutuuſq; inter ipſum pontificē ꝛ altitudinem
tuā amoꝛ ꝛ caritas nō aliunde pꝛoueniat neceſſe eſt quā a quadā vir-
tutum ac moꝛū concoꝛdia ꝛ reſponſione. Eſt enim natura comparatum
vt mirifice amemus ſi quem nanciſcamur cui⁹ cū moꝛib⁹ ꝛ pꝛobitate cō
gnamus/eſtq; tanta ea vis vt nos etiā ad eos quos nunquā vidim⁹
diligendos/alliciat atq; compellat/ſed que maioꝛ/non vultus ſed animi
ſimilitudo aut equalitas inuenitur(ſi vtriuſq; res inſpiciamus)quā hec
ipſa que tecū eſt rex optime cū pontifice. In eo namq; ſumma ſemper
iuſticia cōſpecta eſt/ꝛ equitatis admirabile quoddā temperamentū. Tu
iuſticiam pia obſeruatione ita colis vt ſemper in te ceſſerit vtilitas ho-
neſte rationi. Exempla queq; peſſima a te coꝛriguntur ſeueriſſime/nec
tamen ſeueritati deeſt facilitas ꝛ clementia/exceſſuū vltoꝛ acerrimus/et
venie quando expedit liberalis. Sanxiſtiq; idcirco gerendis moꝛibus ꝛ
frangendis vitiis/leges plurimas ꝛ egregias vt nō ſolam noſtra etas te
iuſtiſſimū regem cognoſcat/ſed poſteritas quoq; te in ipſis ſanctiſſimis
legibus veneretur/et fiat tui nominis claritudo perpetuo illuſtrioꝛ. Co
munis etiā tibi eſt cū pontifice ſingularis illa ac incredibilis pꝛudētia
rectiſſimaq; in reb⁹ omnib⁹ ratio ꝛ iudiciū/quo cuncta belli ꝛ pacis mu-
nia agis conſultiſſime ꝛ abſoluis feliciter. Comunis et animi moderatio
qua diuina mens tua tot res factaq; immoꝛtalia quaſi floꝛes et fruct⁹
de die in diem pꝛofert atq; pꝛoducit. Summa pōtifici cōſtantia/tu rex
excellentiſſime cōſtantie exemplar es/et foꝛtitudinis/quib⁹ regium faſti-
gium/ſplendoꝛis ꝛ gloꝛie pulcherrimis titulis ſpecioſiſſimiſq; adoꝛnaſti
victoꝛus/ꝛ diuerſoꝛū hoſtiū exercitus validiſſimos fauſte ſuperaſti/vir
tute animi ac roboꝛe dextere tue cōfregiſti impios qui infirmati ſunt ꝛ

perierunt à facie tuã. Precipuũ pontificii pacis studiũ tu rex sapientissime cũ omnib⁹ regibus ⁊ pꝛincipib⁹ sincere ⁊ inuiolabilis pacis firmitate versaris tibiq; cũ omnib⁹ omnia sunt tranquilla atq; pacata. Eadẽ vtriq; vestrũ in cõstruendis publicis edificiis cura ac magnificentia ille basilicam apostolorũ pꝛincipis in nouam spectatamq; fozmã magno sumptu pꝛeparat reficere/tu nouã cellam edemue apud westmonasterium miro opere extruxisti/egregieq; oznatã donasti munerib⁹ opulentissimis/vtriq; par cogitatio sepulchꝛi quod tu maxime regum tãta arte ⁊ impensa cõfecisti vt inter oꝛbis spectacula merito possit cõnumerari. Ambob⁹ eadẽ integritas innocentia/pꝛouidentia ⁊ animi magnitudo ambozũ apparent operũ ⁊ facinozũ illustriũ testimonia celesti pꝛedicatione dignissima. Varia sunt studia vestra/vita est vniformis et tanta animozũ sine vllo discrimine cõparatio vt minime mirandũ sit/si pontifex incolumitatis ⁊ glozie tue sit cupidissim⁹/si ad incremẽtũ regie tue amplitudinis tam pꝛomptus est ⁊ expositus/si etiã tua pietas illũ reuerenter obseruat/⁊ in eius beniuolentia conquieuit/si clementissim⁹ pontifex tibi regi humanissimo/mansuetissimoq; /sanctus pio atq; religioso gratissimus munificẽtissimo ⁊ officioso tanta fide ⁊ caritate iungatur vt diuina humanaq; omnia tecum videatur habere comunia/quando maxime comunes pareseq; humano generi fruct⁹ ab vtroq; pꝛoueniant.

¶ Vnam tamẽ illud felicissime rex peculiare ac pꝛecipuũ tui muneris est/quod excellentissimũ hunc pꝛincipem diuinãq; hanc tuã sobolem dignam parente suo /dignã auo/dignã paterno ⁊ auito regno/tibi nobis et votis chꝛistiane reipublice pepereris/in quo animi et coꝛpoꝛis virtutes simul omnes ⁊ quante nulli vnquã ꝛtigerunt/floꝛent atq; resplendent. Dignitas foꝛme supꝛa omnẽ verboꝛ vim spectatissima ⁊ eximia cui non minus auctoꝛitatis inest quã gratie/ingenii pꝛecellens/eloquẽtia ad pꝛomerendũ hominũ amoꝛẽ efficacissima/aptitudo ad omẽs belli ⁊ pacis artes. Armozũ ⁊ equitandi peritia maxima/⁊ in etate pubescente ingenita ac hereditaria grauitas ⁊ maturitas/admirabilisq; erga maiestatẽ tuam obseruantia ⁊ obedientia cũ summa paterne virtutis imitatione. Is arboꝛ illa est/plantata secus decurlus aquaꝝ que fructũ suũ dabit in tẽpoꝛe suo. Et foliũ eius nõ defluet: ⁊ omnia quecunq; faciet pꝛosperabuntur Cui⁹ augustissimas laudes adducere erat mei animi ⁊ loc⁹ exigisset/nisi benignissimis tuis auribus futurã vererer nimis fastidio/incultã ⁊ hoꝛridam verboꝛũ effusionem. Et nisi diu superq; esset iam euagata oꝛatio/ Instaretq; tempus vt meipsum colligerem.

¶ Petam igitur a sublimitate tua rex serenissime veniã abeundi si tamen pꝛius de tua in me humanitate ⁊ immoꝛtalib⁹ meritis conarer agere gratias/quod si paru cumulate facio/tribuendũ est magnitudini munerũ nõ defectui voluntatis. Nihil eniꝝ fuit vel honoꝛificũ ad decus/vel ad necessaria comodũ/vel ad voluptatẽ ⁊ remissionem suaue/vel denicq; ab optimo beniuolentissimoq; rege nuntio pontificis exhibendũ/qõ mihi maiestas tua libentissime nõ impenderit. Nec obliuisci possum aut potero quã ilari vultu me totiens ad se venientẽ gratissime susceperit/quã iucundissime pluries /pluriesq; me audierit/qua familiaritate mecũ comunicauerit de maximis grauissimisq; rebus de pꝛincipib⁹/de publicis ne-

gotiis/⁊ ad cōmūne bonū q̄dcentibus tām plūde ⁊ sapienter/tām etiā benigne ⁊ humaniter vt omnē expectationē ⁊ opinionē quā de tua excellenti vietute/p̄stantia/sapiētia/⁊ manſuetudine p̄ius conceperā/viceris p̄ſentia ⁊ q̄uetudine ſuperaueris. P̄ro his igit̄ humanillimis officiis grātias referre maieſtati tue non eſſet mee facultatis. Et abeſt a diuinitate tua vt aquoquam mo̅rtaliū vicē expectet beneficii. Si que autem referri poſſunt eas aliquando referet ſanctiſſim⁹ pontifex menſura fo̅rtaſſe cumulatio̅e ⁊ vberrima/ſi vnꝰ tēpus exiget aut occaſio ſe offert Quod antē ad me attinet/id ſolū quod p̄ſtare poſſum vltro exſoluo/qō deuotū me ⁊ alcriptitiū regie tue celſitudini ⁊ excellentiſſimo huic p̄nci-pi/trado/dedico ⁊ voueo/quicq̄d ſupereſt eui in veſtre gratie ſpem milita turus. Habetis veſtros ſup̄reme fo̅rtune viros/nō tamen veſtra felicitas me deſpiciet tenuis hominē ſo̅rtis/qui nuper quaſi fo̅res veſtre beniuolentie pulſo/quoniā inter lautiſſimas dapes vilia quandoq̄ delectant et appetūtur olera. Eſt ⁊ illud quod opibus veſtris poteſt accedere/⁊ a me polliceri p̄o veſtra incolumitate ⁊ ſalute/me ſemper p̄ecaturū vt vobis p̄oſpera/equabilis/perpetuaq̄ ſit fo̅rtuna/cū ſecundo vite ſine vlla offē-ſione curſu. Nomenq̄ veſtrū apud me loco celeſtis numinis in omni vita futurū. Cui⁹ memo̅riā colaꝫ obſequiis/⁊ ſeruitate deuota/ac ſempiterna.

Dixi.

Habita i arce regia ciuitatis Londinii Die. xxii. nouēb̄ris. M.cccc.vi.